



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXXII. De conceptione Christi quantum ad principium actuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



In corpore est una conclusio: Christus non fuit in lumbis Abrahamæ decimat<sup>9</sup>. Probatur dupliciter: primo auctoritate Apostoli. secundo ratione. Et ex auctoritate quidem Apostoli arguitur dicendo ad impossibile sic: Si Christus fuit decimatus in lumbis Abrahamæ, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedec, sed minus ipso sicut Leui. Probat se hoc quia per hoc quod Leui existens in lumbis Abrahamæ, Abraham dedit decimas Melchisedec.

Probatur ab Apostolo, sacerdotium Leui esse minus sacerdotio Melchisedec. Ex ratione autem mystica probatur. Dans decimas protestatur se imperfectum, & perfectione alij tribuere, ergo Abraham dans decimas, protesta- tus est se & suos contracturos originale peccatum curatione indigere a Christo, ergo oes qui fuerunt in lumbis Abrahamæ, non solum secundum substantiam, sed etiam secundum rationem feminalem, fuerunt decimati, ergo Christus non fuit decimatus. Antecedens probatur, quia dans decimas, novem sibi retinet, & decima perfectionis signum alij tribuit. Probatur signum perfectionis, quia decimus est quodammodo terminus numerorum: nam numeratio, usque ad decem procedimus, & inde replicamus unum supra decem, undecim &c. prosequendo. Prima consequentia probatur: quod ad feminam pertinet, quia imperfectio humani generis est, propter peccatum indigens curatione: & solus Christus curator est peccati: iuxta illud, Ecce qui tollit peccatum mundi, & ipsum prefigurabat Melchisedec, ut patet ex Apostolo. Et hæc quo ad secundam partem. Secunda vero consequentia probatur: quia per rationem feminalem originale peccatum contrahitur. Tertia autem consequentia probatur: quia solus Christus non fuit secundum rationem feminalem in partibus.

eo decimas dante Melchisedec, adhuc Leui erat in lumbis eius: sed similiter Christus erat in lumbis Abrahamæ, quando decimas dedit, ergo ipse etiam Christus fuit decimatus in Abraham.

¶ 2 Præter. Christus est ex semine Abrahamæ, secundum carnem, quam de matre accepit: sed mater eius fuit decimata in Abraham. ergo pari ratione Christus.

¶ 3 Præter. Illud in Abraham decimabatur, quod curatione indigebat, ut Augustinus dicit super Gen. ad litteram. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. Cum igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia (sicut dictum est) videtur quod caro Christi in Abraham fuerit decimata.

¶ 4 Præter. Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet patri alicuius pontificis decimas dante alicui sacerdoti, filii eius pontificem maiorem esse simplici sacerdote. licet ergo dicatur Christus decimatus, Abraham decimas dante Melchisedec, non tamen propter hoc excluditur, quin Christus sit maior, quam Melchisedec.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit super Genes. ad litteram, quod Christus ibi, scilicet in Abraham decimatus non est, cuius caro inde non feruorem vulneris, sed materiam medicaminis traxit.

RESPON. Dicendum, quod secundum intentionem Apostoli oportet dicere, quod Christus in lumbis Abrahamæ non fuerit decimatus. Probatur enim Apostolus, maius esse sacerdotium, quod est secundum ordinem Melchisedec, sacerdotio Leuitico, per hoc, quod Abraham decimas dedit Melchisedec, adhuc Leui existente in lumbis eius, ad quod pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraham decimatus esset, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedec, sed minus sacerdotio Melchisedec. Et ideo dicendum est, quod Christus non est decimatus in lumbis Abrahamæ, sicut Leui: quia enim ille, qui decimas dat, novem sibi retinet, & decimam alij tribuit, quod est perfectionis signum (in quantum est quodammodo terminus omnium numerorum, qui procedunt usque ad decem) inde est, quod ille, qui decimas

dat, proteftatur, se imperfectum, & perfectionem alij tribuere. Imperfectio autem humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione eius, qui a peccato curat. Curare autem a peccato, est solius Christi: ipse enim est agnus, qui tollit peccata mundi, ut dicitur Ioan. 1. Figuram autem eius gerebat Melchisedec, ut Apostolus probat Hebra. 7. Per hoc ergo, quod Abraham Melchisedec decimas dedit, præfiguravit se velut in peccato conceptum, & omnes qui ab eo descensuri erant, ea ratione, ut peccatum originale contraherent, indigere curatione, quæ est per Christum. Isaac autem & Iacob & Leui, & omnes alij, sic fuerunt in Abraham, ut ex eo deriuarentur, non solum secundum corpulentam substantiam, sed etiam secundum rationem feminalem, per quam originale peccatum contrahitur. Et ideo omnes in Abraham sunt decimati, id est præfigurati indigere curatione, quæ est per Christum. Solus autem Christus sic fuit in Abraham, ut ab eo deriuaretur, non secundum rationem feminalem, sed secundum corpulentam substantiam. Et ideo non fuit in Abraham sicut curatione indigens, sed magis sicut vulneris medicina, & ideo non fuit in lumbis Abrahamæ decimatus. Et per hoc patet responsio ad PRIMVM.

AD SECUNDVM dicendum, quod quia beata Virgo fuit in originali concepta, fuit in Abraham sicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, velut inde descendens, secundum feminalem rationem. De corpore autem Christi non est sic, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod caro Christi dicitur fuisse in antiquis patribus peccato obnoxia, secundum qualitatem, quam habuit in suis parentibus, qui fuerunt decimati: non autem secundum qualitatem, quam habet, prout est actu in Christo, qui non est decimatus.

AD QVARTVM dicendum, quod sacerdotium Leuiticum, secundum carnis originem deriuabatur, unde non minus fuit in Abraham, quam in Leui. Unde per hoc, quod Abraham decimas dedit Melchisedec, tamquam maiori, ostenditur sacerdotium Melchisedec, in quantum gerit figuram Christi, esse maius sacerdotio Leuitico. Sacerdotium autem Christi, non sequitur carnis originem, sed gratiam spiritualem. Et ideo potest esse, quod pater det decimas alicui sacerdoti tamquam minor maiori, & tamen filius eius sit pontifex, est maior illo sacerdote, non propter carnis originem, sed propter gratiam spiritualem, quam habet a Christo.

QVAESTIO XXXII:

De conceptione Christi, quo ad actum principium, in quatuor articulis distincta.

DEINDE considerandum est de principio actiuo in conceptione Christi.

ET circa hoc quarantur quatuor. ¶ Primo, utrum Spiritus sanctus Tertia S. Thomæ.

Super Questiona trigesima secunda, Articulus primus.

Tertius clarus est sumens occasionem ex Symbolo: Qui conceptus est de Spiritu sancto. ¶ In corpore unica conclusio: Conceptio corporis Christi, licet a tota sit Trinitate: attribuitur tamen Spiritui sancto. Probatur secunda pars, de P 3 qua

D. 379.

Ar. præc. & locis in cor. & in ar. Sed cõt. citatis.



quis est questio, triplici ratione: & rationes in litera clare patent.

¶ Duo tamen pro nominibus occurrunt, primum est, quod aliter attribuitur personae Spiritus sancti, efficere carnem Christi, & aliter filio assumere eandem; nam Spiritus sancto attribuitur conceptio nis causalitas, ut appropriatum, sicut bonitas & amor: Filio autem attribuitur assumptio carnis, ut proprium, ita quod corpus Christi, ita conceptum est de Spiritu sancto appropriatum, quod etiam conceptum est de patre & filio (indivisa enim sunt opera Trinitatis ad extra) sicut Spiritus sanctus ita est amor appropriatus, quam pater, quam filius est etiam amor, sed corpus Christi ita est assumptum a filio: quod nec a patre, nec a Spiritu sancto est assumptum: & propterea incarnatum esse, non appropriatum, sed proprium est filio, ratio autem superior dicta est.

¶ Secundo, dubium occurrit in 3. ratione circa probationem ex apostolo ad Gala. 4. non enim insertum in Spiritu sancto efficiat filios Dei: sed quod faciat eos clamare: Abba, pater. Ad hoc dicitur, quod licet in naturalibus filius hominum aliud sit principium naturae, & aliud principium operationis, in filio tamen ad opus non per liberum arbitrium, quo ferimur in Deum, idem est principium filiationis, & operationis propriae filiorum: quia ad suam Dei dispositionem spectat, ut rationales creaturas per rationis usum ad se trahat. Et propterea ex eo, quod Spiritus sanctus efficit propriam operationem filiorum Dei, quae est clamare Abba, pater, optime inferitur, a posteriori tamen, quod ipse est effector filiorum Dei, quos cum efficit, facit clamantes ad Deum pater, pater.

¶ Tertio, utrum possit dici, quod Spiritus sanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quarto, utrum beata virgo aliquid active egerit in conceptione Christi.

fuerit principium actuum conceptionis Christi.

¶ Secundo, utrum possit dici, quod Christus sit conceptus de Spiritu sancto.

¶ Tertio, utrum possit dici, quod Spiritus sanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quarto, utrum beata virgo aliquid active egerit in conceptione Christi.

ARTICVLVS PRIMVS,

Utrum Spiritus sanctus fuerit principium actuum conceptionis Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod efficere conceptionem Christi, non debeat attribui Spiritu sancto: quia ut Aug. dicit in 1. de Trin. Indivisa sunt opera Trinitatis, sicut & indivisa est Trinitatis essentia: sed efficere conceptionem Christi, est quoddam opus diuinum, ergo videtur quod non magis sit attribuendum Spiritu sancto quam patri, vel filio.

¶ 2. Prat. Apost. dicit ad Gala. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere: quod exponens August. in 4. de Trin. dicit, Eo utique misit, quo factum ex muliere: sed missio filii attribuitur praecipue patri, ut in 1. parte habitum est. Ergo & conceptio secundum quam factus est ex muliere, debet praecipue patri attribui.

¶ 3. Prat. Prover. 9. dicitur: Sapientia edificavit sibi domum, Est autem sapientia Dei, ipse Christus, secundum illud 1. ad Corint. 1. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Domus autem huius sapientiae est corpus Christi, quod etiam dicitur templum eius, secundum illud Io. 2. Hoc autem dicebat de templo corporis sui, ergo videtur quod efficere conceptionem corporis Christi, debet praecipue attribui filio, non ergo Spiritu sancto.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te &c.

RESPON. Dicendum, quod conceptionem corporis Christi tota Trinitas est operata: attribuitur tamen hoc Spiritu sancto, triplici ratione. Primo quidem, quia hoc congruit causae incarnationis, quae consideratur ex parte Dei: Spiritus enim sanctus, est

amor patris & filii, ut in 1. parte habitum est. Hoc autem ex maximo Dei amore puenit, ut filius Dei carnem sibi assumeret in utero virginali: unde dicitur Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Secundo, quia hoc congruit cause incarnationis ex parte naturae assumptae: per hoc enim datur intelligi, quod humana natura assumpta est a filio Dei in unitate personae, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia, quae Spiritu sancto attribuitur, secundum illud 1. ad Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Unde August. dicit in Enchi. Iste modus quo est natus Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis praecedentibus meritis, in ipso primo exordio naturae suae quod esse coepit verbo Dei copularetur in tantam personam unitatem, ut idem ipse esset filius Dei. Tertio, quia hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc enim terminata est incarnatio, ut homo ille qui concipiebatur, esset sanctus & filius Dei: utrumque autem horum attribuitur Spiritu sancto. Nam per ipsum efficiuntur homines filii Dei, secundum illud Galat. 4. Quoniam estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui, in corda vestra, clamantem Abba, pater. Ipse est etiam Spiritus sanctificationis, ut dicitur Roma. 1. Sicut ergo alij per Spiritum sanctum sanctificantur spiritualiter, ut sint filii Dei adoptiu, ita Christus per Spiritum sanctum est in sanctitate conceptus, ut esset filius Dei naturalis. Unde Rom. 1. secundum unam gloriam quod praemittitur, scilicet, Qui praedestinatus est filius Dei in virtute, manifestatur per id, quod immediate sequitur, secundum Spiritum sanctificationis, id est per hoc quod est conceptus de Spiritu sancto, & angelus annuntians ex hoc, quod praemiserat, Spiritus sanctus superueniet in te, concludit, Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod opus conceptionis commune quidem est toti Trinitati, secundum tamen modum aliquem attribuitur singulis personis. Nam patri attribuitur auctoritas respectu personae filii, qui per huiusmodi conceptionem sibi assumpsit humanam naturam: Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio: sed Spiritu sancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur a filio. Nam ipse Spiritus sanctus est Spiritus filii, secundum illud Gal. 4. Misit Deus spiritum filii sui. Sicut autem est uirtus animae, quae est in semine, per spiritum qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum, ita uirtus Dei, quae est ipse filius (secundum illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei uirtutem) per Spiritum sanctum corpus formauit, quod assumpsit: Et hoc etiam uerba angeli demonstrant, dicentis, Spiritus sanctus superueniet in te, quasi ad praeparandam & formandam materiam corporis Christi, & uirtus Altissimi, id est Christi obumbrabit tibi corpus in te humanitatis, accipiet in corpore tuo lumen diuinitatis: umbra enim a lumine formatur & corpore, ut Grego. dicit 18. Moral. Altissimus autem intelligitur pater, cuius uirtus est filius.

AD SECUNDVM dicendum, quod missio refertur ad personam assumptam, quae a patre mittitur: sed conceptio refertur ad corpus assumptum, quod operatione Spiritu sancti format. & ideo licet missio & conceptio sint idem subiecto, quia tamen differunt ratione, missio attribuitur patri, efficere autem conceptionem Spiritu sancto, sed carnem assumere attribuitur filio.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut August. dicit in libro de

p. di. 3. art. 2. q. 2. & a. 6. c. 6. & 4. 5. & 4. 6. & opu. 1. c. 226 & 10. 12. 1. 3. Lit. ca. 4. in fi. & 5. in pr. 10. 3.

II. 4. c. 20. pa. 7. ante medium 10. 3.

3. p. 9. 43. 2. 5

Enchi. no. 10. pr. 10.

3. dist. art. 3. c. 2. Er. op. 2. 26.

Aug. de boni. 20. 20.

Enchi. 10. 10.

Aug. de boni. 20. 20.

1. 18. 18. in pr.

In 2. non 5. 10.



de Quaestionibus veteris, & noui Testamenti, questio  
ista gemina ratione potest intelligi. Primum enim do-  
minus Christi Ecclesia est, quam edificauit sibi sangui-  
ne suo. Deinde potest, & corpus eius dici domus ip-  
sius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spi-  
ritus sancti factum filij Dei est, propter naturam, & vo-  
luntatis unitatem.

Super Quaestio-  
nis secundae Ar-  
ticulum secundum.

Tullius circa p-  
prietate locutio-  
nis veniunt: & pro-  
prietate an p. dici de-  
beat, quare, & co-  
sistit tota quaestio  
haec in illa praeposi-  
tione. De

**ARTICVLVS II.**  
Vtrum Christus debeat dici conceptus  
de Spiritu sancto.  
**A**D SECVDVM sic procedi-  
tur. Videtur, qd Christus no  
debeat dici conceptus de Spiritu  
sancto: quia super illud Roma. 2.  
Ex ipso & p ipsum & in ipso sunt  
omnia, dicit gl. Aug. Attendendu  
q no ait de ipso, sed ex ipso: ex ip-  
so enim celum sunt & terra, quia  
fecit ea no autē de ipso, quia non  
de substantia sua: sed Spiritus san-  
ctus non formauit corpus Chri-  
sti de substantia sua. ergo Christus  
non debet dici conceptus de Spi-  
ritu sancto.

¶ 2. Prax. Principiu actiuū, de quo  
aliquid cōcipitur, se habet sicut  
semen in generatione: sed Spiritu  
sanctus non se habuit sicut se-  
mē in conceptione Christi. Dicit  
enim Hiero. \* in expositione Ca-  
tholicae fidei, nō sicut quidā se-  
leratissimi opinatur, Spiritum san-  
ctū dicimus fuisse pro semine, sed  
potentia ac virtute Creatoris di-  
cimus esse operatū. i. formatū cor-  
pus Christi, non ergo debet dici, qd  
Christus cōceptus de Spiritu sancto.  
¶ 3. Prax. Nihil vni de duobus for-  
matur, nisi aliquo modo commi-  
stis. sed corpus Christi formatum  
est de virgine Maria. si ergo Chri-  
stus dicatur conceptus de Spiritu  
sancto, videtur, quod facta sit  
commistio quaedam Spiritus sancti, & materia, quā  
Virgo ministravit, quod patet esse falsum, non ergo  
Christus debet dici conceptus de Spiritu sancto.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Matth. 1. Antequā  
conuenienter, inuenta est in vtero habens de Spiritu  
sancto.

**RESPONDEO.** Dicendum, quod conceptio  
non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi  
Christo ratione ipsius corporis. In Spiritu autem  
sancto duplex habitudo consideratur respectu Chri-  
sti. Nam ad ipsum filium Dei, qui dicitur esse con-  
ceptus, habet habitudinem consubstantialitatis: ad  
corpus autem eius habet habitudinem causae effi-  
cientis. Haec autem praepositio, De, utramque habi-  
tudinem designat, sicut cum dicimus hominem ali-  
quem esse de suo patre. Et ideo conuenienter dice-  
re possumus, Christum esse conceptum de Spiritu  
sancto, hoc modo quod efficientia Spiritus sancti re-  
feratur ad corpus assumptum: consubstantialitas ve-  
ro ad personam assumptam.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod corpus

**A** Christi, quia non est consubstantiale Spiritui sancto,  
non proprie potest dici de Spiritu sancto conce-  
ptum, sed magis ex Spiritu sancto, sicut Ambro. \* di-  
cit in lib. de Spiritu sancto, quod ex aliquo est, aut  
ex substantia, aut ex potestate eius est: ex substantia,  
sicut filius, qui a patre est: ex potestate, sicut ex Deo  
omnia, quo modo & in vtero habuit Maria ex Spi-  
ritu sancto.

**AD SECVDVM** dicendum, quod super hoc vi-  
detur esse quaedam diuersitas Hieron. ad quosdam  
alios doctores, qui asserunt, Spiritum sanctum in  
conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim  
Chryl. \* super Matth. Vnigenito Dei in Virgine  
ingressuro, praecessit Spiritus sanctus, ut praecedente  
Spiritu sancto in sanctificationem nascatur, scilicet,  
Christus secundum corpus, diuinitate ingrediente  
pro semine. Et Damasc. \* dicit in 3. lib. Obumbra-  
uit super ipsam Dei sapientia & virtus, velut diuinū  
semen. Sed hoc de facili soluitur, quia secundum  
quod in semine intelligitur virtus actiua, sicut Chry-  
sostom. ¶ & Damasc. comparant semini Spiritum san-  
ctum, vel etiam filium qui est virtus Altissimi: se-  
cundum autem qd in semine intelligitur substantia  
corporalis, quae in conceptione transmutatur, ne-  
gat Hier. \* Spiritum sanctum fuisse pro semine.

**AD TERTIVM** dicendum, quod sicut August.  
dicit in Ench. non eodem modo dicitur Christus  
conceptus, aut natus de Spiritu sancto, & de Maria  
Virgine: sed de Maria Virgine materialiter, de Spi-  
ritu sancto vero effectiue. Et ideo non habuit hic  
locum commistio.

**ARTICVLVS III.**  
Vtrum Spiritus sanctus dici debeat pa-  
ter Christi secundum carnem.

**A**D TERTIVM sic procedit.  
Videtur quod Spiritus san-  
ctus debeat dici pater Christi se-  
cundum humanitatem, quia se-  
cundum Philol. \* in lib. de Gene-  
ratione animalium, pater dat  
principium actiuum in genera-  
tione, mater vero ministrat ma-  
teriam: sed beata virgo dicitur mater  
Christi propter materiam, quā  
in cōceptione eius ministravit.  
ergo videtur qd etiam Spiritus  
sanctus possit dici pater eius, pro-  
pter hoc, quod fuit principium  
actiuum in conceptione ipsius.

¶ 2. Prax. Sicut mentes aliorum  
sanctorum formantur per Spi-  
ritum sanctum, ita etiam corpus  
Christi est per Spiritum sanctum  
formatum: sed alij sancti ppter  
praedictam formationem dicun-  
tur filij totius Trinitatis, & per  
consequens Spiritus sancti. vide-  
tur ergo quod Christus debeat  
dici filius Spiritus sancti, in quan-  
tum corpus eius est Spiritus san-  
cto formatum.  
¶ 3. Prax. Deus dicitur pater no-  
ster secundum hoc, qd nos fecit,  
secundum illud Deut. 22. Non-  
ne ipse est pater tuus, qd possedit &  
fecit, & creauit te: sed Spiritus  
Tertia S. Thomae.

**AD SECVDVM** dicendum, quod super hoc vi-  
detur esse quaedam diuersitas Hieron. ad quosdam  
alios doctores, qui asserunt, Spiritum sanctum in  
conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim  
Chryl. \* super Matth. Vnigenito Dei in Virgine  
ingressuro, praecessit Spiritus sanctus, ut praecedente  
Spiritu sancto in sanctificationem nascatur, scilicet,  
Christus secundum corpus, diuinitate ingrediente  
pro semine. Et Damasc. \* dicit in 3. lib. Obumbra-  
uit super ipsam Dei sapientia & virtus, velut diuinū  
semen. Sed hoc de facili soluitur, quia secundum  
quod in semine intelligitur virtus actiua, sicut Chry-  
sostom. ¶ & Damasc. comparant semini Spiritum san-  
ctum, vel etiam filium qui est virtus Altissimi: se-  
cundum autem qd in semine intelligitur substantia  
corporalis, quae in conceptione transmutatur, ne-  
gat Hier. \* Spiritum sanctum fuisse pro semine.

Li. 2. c. 5. non  
procul a n.  
10. p.

Homil. 1. in  
Matr. in o. e.  
re imperfe-  
cto in v. fol.  
ante fi. 10. 2.

3. orth. sic. 2.  
circa prin.

locis nre p-  
xime dicit.

Hier. in loco  
cirato in 2r.

Super Quaestio-  
nis 3. 2. Articulum  
tertium.

Tullius clarus.  
¶ In corpore  
articuli tria hnt.  
Primo praemittitur  
ratio paternitatis, &  
filiationis tam perfe-  
ctae, quam imperfe-  
ctae secundum quid.  
Attenditur secundo  
communis regula de  
praedicatione unius  
respectu eiusdem per-  
fectae & imperfectae.  
Tertio ex his respon-  
detur quaesito.

Quo ad primum,  
duo de his dicun-  
tur. Primo, penes  
quid attendatur:  
secundo, distinguun-  
tur in perfecta, uel  
imperfecta rationis  
membra. Paterni-  
tas igitur, & filiatio  
in animalium gene-  
ratione secundum si-  
militudinem proprie  
dicuntur Omnes par-  
ticulae in litera singul-  
latum & clare decia-  
rantur. Distinguan-  
tur autem paterni-  
tas, & filiatio secun-  
dum perfectam, uel  
imperfectam ratio-  
nem, iuxta diuerse  
rationis similitudi-  
nem: nam animal ex  
P 4 ani-

3. di. 4. q. 1. ar.  
2. q. 1. & q. 2.  
ad 1. & 4. & 5.  
expo. lit. ad  
2. & 4. cont.  
2. 47. & opu.  
3. c. 210.  
Li. 2. c. 3. & 4.  
tom. 4.



Ar. f. huius  
quæst.

Ench. e. 38.  
to. 3.

Ench. ca. 39.  
circa pr. l. 3.

animali, aut excellen-  
tius viuente, quam  
animal procedens, si  
perfecte accipit simi-  
litudinem producentis,  
perfecte ibi est pater  
& filius: si imper-  
fecta est similitudo,  
imperfecta quoque est  
patris filijque ratio.  
Declaraturque ex-  
emplis patris secundum  
creationem, & secundum  
adoptionem gratiæ.  
¶ Quoad secundum,  
regula est: De aliquo  
dictum secundum  
perfectam rationem  
non dicitur de eodem  
secundum imperfec-  
tam rationem. Decla-  
ratur exemplo de  
homine secundum ra-  
tionem veri & secundum  
rationem picti  
hominis, respectu  
foris: & patet lite-  
ra.

Vbi aduerte, quod  
regula intelligitur de  
predicatione simpli-  
citer & absolute, hoc  
est sine additione ali-  
qua. Et in prom-  
ptu eius ratio est quia  
nomen quodcumque  
simpliciter enuntiatum  
de aliquo perfecta  
ratione illud habente  
non significat  
diminutionem illi con-  
uenire ac per hoc non  
secundum imperfec-  
tam, sed secundum  
perfectam rationem.  
Et scito, quod super  
ista regula funda-  
tur intellectus sacre  
Scripturæ, cum de  
Iesu Christo loquens  
affirmat ipsum esse  
Dei filium. ex hoc  
enim quod esse filium  
Dei, Christo conue-  
nit secundum perfec-  
tam filiationis Dei  
rationem ( quia est  
naturalis filius Dei )  
consequens est, ut  
numquam Christus  
intelligendus sit fi-  
lius adoptiuus, sicut  
ceteri sancti cum di-  
cuntur filii Dei.

¶ Quoad tertium,  
conclusio est, Chri-  
stus nullo modo de-  
bet dici filius Spiritus  
sancti, aut totius  
Trinitatis. Proba-  
tur: Christus est fi-  
lius Dei secundum per-  
fectam rationem fi-  
liationis, ergo neque  
ratione creationis, neque  
iustificationis, sed so-  
lus æternæ genera-  
tionis debet dici fi-  
lius Dei. ergo nec  
Spiritus sancti, nec  
Trinitatis debet di-  
ci filius. Antecedens  
patet. Prima conse-

sanctus fecit corpus Christi, ut di-  
ctum est. Ergo Spiritus sanctus  
debet dici pater Christi secundum  
corpus ab ipso formatum.

SED CONTRA est, quod Aug. \*  
dicit in Ench. Natus est Christus de  
Spiritu sancto non sicut filius, &  
de Maria virgine sicut filius.

RESPON. Dicendum, quod nomi-  
na paternitatis & filiationis,  
& filiationis generationem conse-  
quuntur, non tamen quamlibet,  
sed proprie generationem uiuentium,  
& præcipue animalium. Non  
enim dicimus, quod ignis genera-  
tus sit filius ignis generantis, nisi  
forte secundum metaphoram:  
sed hoc dicimus in animalibus,  
quorum generatio est magis per-  
fecta. Nec tamen omne quod in  
animalibus generatur, filiationis  
accipit nomen: sed solum illud  
quod generatur in similitudine  
generantis. Vide, sicut Aug. \*  
dicit, non dicimus quod capillus, qui  
nascitur ex homine, sit filius ho-  
minis: nec etiam dicimus quod  
homo qui nascitur, sit filius semi-  
nis: quia nec capillus habet si-  
militudinem hominis, nec homo  
qui nascitur ex semine, habet  
similitudinem seminis, sed ho-  
minis generantis. Et si quidem per-  
fecta sit similitudo, erit perfecta fi-  
liatio, tam in diuinis quam in huma-  
nis: si autem sit similitudo imper-  
fecta, erit etiam filiationis imper-  
fecta. Sicut in homine est quædam si-  
militudo Dei imperfecta, & in-  
quantum creatus est ad imagi-  
nem Dei, & in quantum recreatus  
est secundum similitudinem  
gratiæ, & ideo utroque modo po-  
test homo dici filius Dei, & quia  
est creatus ad imaginem eius,  
& quia est ei assimilatus per gra-  
tiam. Est autem considerandum,  
quod illud quod de aliquo dicitur  
secundum perfectam rationem, non est  
dicendum de eo secundum rationem  
imperfectam: sicut quia  
Sortes dicitur naturaliter homo se-  
cundum propriam rationem ho-  
minis, numquam dicitur homo se-  
cundum illam significationem, qua  
pictura hominis dicitur homo, licet  
forte ipse assimiletur alteri homi-  
ni. Christus autem est filius Dei  
secundum perfectam rationem fi-  
liationis, unde quamuis secundum  
humanam naturam sit creatus & ius-  
tificatus, non tamen debet dici filius  
Dei, neque ratione creationis, neque  
ratione iustificationis, sed solum  
ratione generationis æternæ, secundum  
quam est filius patris soli. & ideo nullo  
modo debet dici Christus filius Spiritus

ritus sancti, nec est totius Trinitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum,  
quod Christus conceptus est de  
Maria Virgine materia ministrante  
in similitudine speciei, & ideo  
dicitur filius eius. Christus autem  
secundum quod homo conceptus est  
de Spiritu sancto sicut de actiuo  
principio, non tamen secundum  
similitudinem speciei, sicut homo  
nascitur de patre suo, & ideo Chri-  
stus non dicitur filius Spiritus sancti.

AD SECUNDUM dicendum, quod ho-  
mines, qui spiritualiter formantur  
a Spiritu sancto, non possunt dici fi-  
lij Dei secundum perfectam rationem fi-  
liationis: & ideo dicitur filij Dei  
secundum imperfectam, quæ est  
secundum similitudinem gratiæ, quæ est a  
tota Trinitate, sed de Christo est  
alia ratio, ut dictum est. Et simi-  
liter dicendum est ad Tertium.

ARTICULVS III.

Utrum beata Virgo aliquando actiue egerit  
in conceptione corporis Christi.

AD QVARTVM sic proceditur.  
Videtur, quod beata Virgo  
aliquid actiue egerit in conceptione  
corporis Christi. Dicitur enim Dam. \*  
in 3. li. quod Spiritus sanctus superue-  
nit Virgini, purgans ipsam, & vir-  
tutem susceptiuam uerbi Dei tri-  
buit, simul autem & generatiua:  
sed uirtutem generatiua passiuam  
habebat a natura, sicut & quilibet  
femina: ergo dedit ei uirtutem ge-  
neratiuam actiuam, & sic aliquando  
actiue egerit in conceptione Christi.

¶ Præterea. Omnes uirtutes animæ uege-  
tabilis sunt uirtutes actiue, sicut  
Commen. dicit in 2. de anima: sed  
potentia generatiua tam in mare  
quam in femina pertinet ad ani-  
mam vegetabilem. ergo tam in ma-  
re quam in femina actiue opera-  
tur ad conceptionem prolis.

¶ Præterea. Femina ad conceptionem  
prolis materiam ministrat, ex qua  
naturaliter corpus prolis forma-  
tur: sed natura est principium mo-  
tus intrinsecum. ergo uidetur quod  
in ipsa materia quam beata uirgo  
ministrat ad conceptum Christi,  
fuerit aliquod principium actiuum.

SED CONTRA est, quod principium  
actiuum in generatione dicitur  
ratio seminalis: sed sicut Aug. \*  
dicit in super Genes. ad litteram  
corpus Christi sola materia cor-  
porali, per diuinam conceptionis  
formationis que rationem de Vir-  
gine assumptum est, non autem se-  
cundum aliquam rationem semi-  
nalem humanam. ergo beata Vir-

ginitas probatur ex  
regula premissa.  
Secunda uero proba-  
tur: quia secundum  
æternam generatio-  
nem solius Patris est  
Filius.

¶ Super Questionem  
trigesimam secundam  
Articulum quartum.

Tertius clarus  
notando, quod non  
est questio, an  
actiue egerit, sed an  
actiue egerit in ipso  
actu conceptionis cor-  
poris Christi: de ac-  
tione enim circa il-  
lum actum est questio.  
¶ In corpore articu-  
li quatuor sunt: pri-  
mo referuntur opinio-  
nes quædam habens duas  
partes. Secundo,  
improbatur prima  
pars illius: tertio re-  
spondetur: quarto res-  
pondetur questio.

¶ Quo ad primum  
opinio dicitur beata  
uirgine operata in  
conceptione Chri-  
sti actiue dupliciter:  
scilicet naturali, &  
supernaturali uir-  
tute. Et primæ par-  
tis ratio est commu-  
nis de inchoatione  
formarum in mate-  
ria per aliquod co-  
operatum principium  
in materia: in  
hoc enim ponitur dif-  
ferentia inter trans-  
mutationem natura-  
lem & artificialem:  
quia naturalis habet  
tale principium  
in materia, & ideo est  
naturalis, artificialis  
vero habet solum  
materiam pure pas-  
siuam.

¶ Quo ad secundum  
tripliciter arguitur con-  
tra hoc auctor. Pri-  
mo interueniendo fun-  
damentum, quia ad  
mutationem natura-  
lem sufficit prin-  
cipium materiale esse  
passiuum, ex aucto-  
ritate Aristotelem. Secun-  
do, quia impossibile  
est, quod materia agat  
ad sui formationem:  
quia non est actus age-  
re enim est actus non  
potentia: semper enim  
actum abitur species  
mouere, ut dicitur 3.  
Physico. Tertio, quia  
impossibile est ali-  
quid non diuisum  
in duas partes ( ut  
anima ) mouere se-  
ipsum, ex 8. Physico-  
rum.

¶ Aduerte hic, quod  
oportet digredi ad  
questiones multas,



Examinandae essent haec rationes. Nam & de inchoatione for-

Quo ad tertium po- nitur primo ratio se- cundae partis. Et af- sumit ratio haec duo. Alterum naturale, scilicet quod mater concurrat ad genera- tionem per proprium semen, actiue con- currens ad genera- tionem. Alterum supernaturale, scilicet quod beate Vir- ginis data est miracu- lose uirtus illa acti- ua, quam aliae ma- tris habent per se- men, ut scilicet sine semine possit quod per semen pouiffit. Et huius miraculi ratio est integerrima uirginitas, cui repu- gnat feminis resolu- tio. Deinde ponitur improbatio istius opi- nionis quo ad radi- cem eius, & ipsam bipartitam. Et est ratio ista. Distinctio sexus est a natura propter diuersam o- perationem ad genera- tionem opportunam. ergo est penes diuersitatem agentis, & patiens. ergo tota uir- tus actiua est ex parte maris: passio uero

go nihil actiue fecit in coceptione corporis Christi.

RESPON. Dicendum, qd quidam dicunt beatam Virginem aliquid actiue operatam esse in conceptione Christi, & naturali uirtute, & supernaturali. Naturali quidem uirtute, quia ponunt qd in qualibet materia naturali est aliquid actiuum principium, alioquin credit, qd non esset transmutatio naturalis. in quo deci- piuntur, quia transmutatio dr naturalis pp principiu intrinsecu, non solum actiuu, sed et passiuu. Expresse. n. dicit Philo. \* in 8. Phy. qd in grauius, & leuius est principium passiuum motus naturalis, & non actiuum. Nec est possibile, qd materia agat ad sui formationem, quia non est actu. Nec est etia possibile, qd aliquid moueat seipsum, nisi diuidatur in duas partes, quarum una sit mouens, & alia sit mota, quod in solis animatis contingit, ut probatur 8. Phys. \* Supernaturali autem uirtute, quia dicitur ad matrem requiri, quod non solum materiam ministret (qua est

licet. n. sequatur, ergo vis actiua se tenet ex parte patris, non tñ sequitur. ergo tota se tenet ex illa parte. Et confirmatur, quia em multos cedentes mare & femina distingui penes actiuum & passiuu. pater et concurrat aequaliter passiuue, pro quo pars se minis paterni materialiter concurrat ad generationem. Igitur econtra aliquid ex parte matris non inconuenit cõcurrere actiue, quamuis principaliter concurrat passiuue, & sic falsum est, totam uim actiuam ex parte maris, & tota passiuam ex parte feminae se tenere.

Antequam ad haec dicatur dubia, est terminus progressus articuli, ut motis alijs ppinquis dubijs possit simul responderi. Quo ad quartum respondetur qd sito duabus conclusionibus. Prima est, beata Virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiue operata est: sed solum materiam ministravit. Secunda conclusio est. Ante conceptionem operata est aliquid actiue, praeparando materiam, ut esset apta conceptui, & prima conclusio non aliter in litera probatur, quam ex supradictis illam inferendo: si enim tota uis actiua generationis est ex parte maris. restat, ut femina passiuue solum concurrat. Secunda autem conclusio tamquam manifesta relinquitur, quasi consequenter se habens.

Quia igitur beata Virgo non hoc accepit, ut esset pater Christi, sed mater, consequens est, qd non accepit potentiam actiuam

Aduerte hic, qd aliud est loqui de ipso actu conceptionis, & aliud de mensura ipsius actus. In litera non dicitur, quod beata Virgo nihil actiue operata est in mensura actus coceptionis, sed dicitur quod nihil actiue operata est, in ipso actu conceptionis. Nam beata Virgo in illo instanti conceptionis materiam ministravit, ac per hoc actiue operata est, quia materiam ministrare, agere proculdubio est: ita quod in toto tempore praecedente instanti conceptionis, beata Virgo actiue praeparauit materiam ( ut in secunda conclusione dicitur ) & in instanti terminante tempus illud, quod fuit instanti conceptionis, praeparatam materiam ministravit ( ut in prima conclusione dicitur ) quasi ad terminum suae actionis perueniens. Ad ipsum autem conceptionis actum non concurrat actiue, sed passiuue, suscipiendo in materia ministrata actionem agentis Spiritus sancti loco feminis.

Occurrit circa conclusionem dubij ex Sco. in 3. sent. di. 4. q. 1. di recte contra doctrinam praesentis articuli arguere, primo de matribus in coi. Tum primo, quia formas eiusdem speciei consequuntur potestates naturales eiusdem speciei, mas & femina sunt eiusdem speciei 10. Met. ergo si forma maris sequitur potentia uegetatiua actiua, similiter & forma feminae. Et confirmat, quia aliter uegetatiua maris & feminae differret sicut actiua & passiuua: & ita essent potentiae omnino alterius rationis. Tum secundo, quia mater naturaliter plus diligit filium qd pater, ut patet 8. Eth. Ergo filius est opus matris. Et probat consequentiam, quia pater diligit filium ut opus suum. Tum tertio, quia filius assimilatur magis patri, qd matri, ergo in matre est uirtus actiua. Probatur sequela, quia agentis est assimilare sibi effectum, ita qd effectus nullis assimilatur, nisi pp aliquam actionem eius. Tum quarto, quia matrem tñ esse quasi uas, in quo fitur in loco conueniente generatur proles, & de aliquo eius ut materia, non vñ plus dare matri quam terrae, in generatione minerarum, si de aliquo eius generatur minera, & sic talis terra esset mater minerarum, imò homo esset mater uermis in eo geniti loco conuenienti ex aliquo hominis. Et si dicat qd uermis non est eiusdem speciei, obijciatur qd asina est mater mulae, & tñ non est eiusdem speciei. Secundo principaliter obijciatur de hac matre in speciali per illud Dama. c. 40. uirtutem tribuens susceptiuam, simul autem, & generatiuam: si enim ipsa esset tantum principium passiuum, non uideret quare copulauit uirtuti susceptiuae uirtutem generatiuam.

tra aliquid ex parte matris non inconuenit cõcurrere actiue, quamuis principaliter concurrat passiuue, & sic falsum est, totam uim actiuam ex parte maris, & tota passiuam ex parte feminae se tenere.

Antequam ad haec dicatur dubia, est terminus progressus articuli, ut motis alijs ppinquis dubijs possit simul responderi.

Quo ad quartum respondetur qd sito duabus conclusionibus. Prima est, beata Virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiue operata est: sed solum materiam ministravit. Secunda conclusio est. Ante conceptionem operata est aliquid actiue, praeparando materiam, ut esset apta conceptui, & prima conclusio non aliter in litera probatur, quam ex supradictis illam inferendo: si enim tota uis actiua generationis est ex parte maris. restat, ut femina passiuue solum concurrat. Secunda autem conclusio tamquam manifesta relinquitur, quasi consequenter se habens.

Aduerte hic, qd aliud est loqui de ipso actu conceptionis, & aliud de mensura ipsius actus. In litera non dicitur, quod beata Virgo nihil actiue operata est in mensura actus coceptionis, sed dicitur quod nihil actiue operata est, in ipso actu conceptionis. Nam beata Virgo in illo instanti conceptionis materiam ministravit, ac per hoc actiue operata est, quia materiam ministrare, agere proculdubio est: ita quod in toto tempore praecedente instanti conceptionis, beata Virgo actiue praeparauit materiam ( ut in secunda conclusione dicitur ) & in instanti terminante tempus illud, quod fuit instanti conceptionis, praeparatam materiam ministravit ( ut in prima conclusione dicitur ) quasi ad terminum suae actionis perueniens. Ad ipsum autem conceptionis actum non concurrat actiue, sed passiuue, suscipiendo in materia ministrata actionem agentis Spiritus sancti loco feminis.

Occurrit circa conclusionem dubij ex Sco. in 3. sent. di. 4. q. 1. di recte contra doctrinam praesentis articuli arguere, primo de matribus in coi. Tum primo, quia formas eiusdem speciei consequuntur potestates naturales eiusdem speciei, mas & femina sunt eiusdem speciei 10. Met. ergo si forma maris sequitur potentia uegetatiua actiua, similiter & forma feminae. Et confirmat, quia aliter uegetatiua maris & feminae differret sicut actiua & passiuua: & ita essent potentiae omnino alterius rationis. Tum secundo, quia mater naturaliter plus diligit filium qd pater, ut patet 8. Eth. Ergo filius est opus matris. Et probat consequentiam, quia pater diligit filium ut opus suum. Tum tertio, quia filius assimilatur magis patri, qd matri, ergo in matre est uirtus actiua. Probatur sequela, quia agentis est assimilare sibi effectum, ita qd effectus nullis assimilatur, nisi pp aliquam actionem eius. Tum quarto, quia matrem tñ esse quasi uas, in quo fitur in loco conueniente generatur proles, & de aliquo eius ut materia, non vñ plus dare matri quam terrae, in generatione minerarum, si de aliquo eius generatur minera, & sic talis terra esset mater minerarum, imò homo esset mater uermis in eo geniti loco conuenienti ex aliquo hominis. Et si dicat qd uermis non est eiusdem speciei, obijciatur qd asina est mater mulae, & tñ non est eiusdem speciei. Secundo principaliter obijciatur de hac matre in speciali per illud Dama. c. 40. uirtutem tribuens susceptiuam, simul autem, & generatiuam: si enim ipsa esset tantum principium passiuum, non uideret quare copulauit uirtuti susceptiuae uirtutem generatiuam.

Quo ad quartum respondetur qd sito duabus conclusionibus. Prima est, beata Virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiue operata est: sed solum materiam ministravit. Secunda conclusio est. Ante conceptionem operata est aliquid actiue, praeparando materiam, ut esset apta conceptui, & prima conclusio non aliter in litera probatur, quam ex supradictis illam inferendo: si enim tota uis actiua generationis est ex parte maris. restat, ut femina passiuue solum concurrat. Secunda autem conclusio tamquam manifesta relinquitur, quasi consequenter se habens.

Ad

E

D. 1117.

D. 616.

lib. 1. tex. 17. tom. 2.



Ad euidenciam motarum questionum, sciendum est quod ve- ritas questionis huius, sicut & multarum aliarum in medio con- sistit. Et ideo extrema sectati errauerunt: & quia medium extre- morum naturas sapit, veritatis aliquid attigerit. Feminarum enim potentia ad partem vegetariarum spectantes actiue proculdu- bio sunt, sed res facta ab actiua potentia fe- minae materiale est, non actiuum gener- ationis principium: ita quod mas & fe- mina conueniunt in hoc, quod utriusque potentia sunt actiue, sed differunt in re fa- cta per illas poten- tias, nam factum a ma- re, semen est actiuum generationis princi- pium. factum vero a femina, quicquid sit illud menstruum aut semen, materiale est generationis princi- pium. Hac est peri- patericorum quos Au- ctor sequitur senten- tia, consonante pri- ma philosophia, quo- niam sic inter mare, & femina unitas spe- cifica saluatur, & in formis, & in poten- tijs, & differentia po- nitur ex parte corpo- ris, seu materiae, dum penes res factas, non penes potentias ani- mae, diuersitas for- malis actiui & passi- ui collocat: res enim facta ex parte corpo- ris se tenet. Consonat quoque specifica di- stinctio maris & fe- minae in genere sexus differentia siquidem maris & feminae for- malis est in genere sexus, materialis autem in genere animalis, unde ista specifica di- stinctio ex parte materiae consequens ani- malis genus, rationaliter insert in ipsi proprijs effectibus ma- ris & feminae diuersarum rationum conditiones. Auctelatur de- mum huic positioni, ipsa exterior dispositio membrorum cum suis proprijs operationibus apparentibus manifesta: membra si- quidem masculino sexu propria ad agendum apta conspicimus, membra vero femineo sexu propria ad recipiendum facta vide- mus, & feminas recipere semen a maribus efficientibus illud, constat. Recipere autem adeo includitur in eo quod est pati, ut et in substantijs immaterialibus, in quibus non manifeste appareat potentia passiuua, dicamus eas tantum pati quantum recipiunt. Quo fitur alienus a philosophia vijs sit, qui negat feminas pati in conceptione, experientia testante eas recipere semen virile.

Iocq. citato in arg.

in conceptione Christi, siue ali- quid egerit, ex quo sequitur ip- sam fuisse patrem Christi, siue ni- hil egerit (vt quidam dicunt) ex quo sequitur huiusmodi poten- tiam actiuam sibi frustra fuisse col- latam. Et ideo dicendum est, quod in ipsa conceptione Christi beata Virgo nihil actiue operata est, sed sola materia ministravit: ope- rata tamen est ante concep- tionem aliquid actiue, preparando materia, vt esset apta conceptui.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa conceptio tria priuile- gia habuit scilicet quod esset si- ne peccato originali, quod esset non puri hominis, sed Dei & homi- nis, item quod esset conceptio vir- ginis & haec tria habuit a Spiritu- sancto. Et ideo dicit Dam. \* qua- rum ad primum, quod Spiritus sanctus superuenit Virgini purgans ip- sam, i. praeseruans, ne cum peccato originali conciperet. Quantum ad secundum dicit, & virtutem susceptiuam verbi Dei tribuens, i. vt con- ceperet verbum Dei. Quantum au- tem ad tertium dicit, simul autem & generatiuam, vt. i. manens virgo

generatiua feminae est actiua, non generationis, sed materiae pro- xima & propria ipsius generationis & geniti. Ad secundum dicitur, quod mater diligit filium suum, ut pro- prium opus esse. Actiue, secundum propriam materiam seu pro- prium corpus ipsius filii: est enim ipsa effectiua causa materiae proxima, ut dictum est. Et ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo quod quia ma- ter est causa effectiua materiae proxima filii, ideo filius assimila- tur matri: sed falluntur arguentes a negata efficientia respectu actus conceptionis seu generationis in utero, ad inferendum negari omnem efficientiam respectu filii. Ad quartum dicitur, quod nos non dicimus matrem esse ut vas seu locum, &c. ambae enim opiniones sunt extremae, & quod mater concurrat actiue ad generationem, & quod mater fit pure recepti- ue, & passiuue principium filii: media siquidem est peripaterica sententia, matrem esse principium actiuum materiae filij, & passiu- um generationis eiusdem.

Ad obiecta ex Damasceni auctoritate respondetur in litera ad primum, quod ideo generatiua adiunxit Damascenus susceptiuue, quia diuersas condiciones indicant: susceptiuam quidem potentia ad fi- lium Dei referatur, generatiua autem ad uirginitatem matris, vir- go, n. manens uirgo, non potest generare, quia generatio tunc tantum naturaliter fieri potest a femina, quantumcumque facunda, quum concipere potest: concipere autem passiuue non potest sine uirili femi- ne, quod si fit, iam non uirgo conciperet. Quia ergo beata Virgi- ni tributum est, ut manens uirgo posset concipere, ideo ad hoc de- scribendum Dam. addidit generatiuam, potentia enim passiuue generatiua, proculdubio potentia generatiua est multum distans a ratione potentiae susceptiuae uerbi Dei, ut patet.

di inter marem & feminam ratio fit penes agere & pati procul- dubio generationem, propter quam per se primo est sexus, & eius diuersitas.

Ad obiecta Scoti contra doctrinam articuli huius de mari- bus in communi respondetur, & ad primum dicitur, quod mirum est de isto homine affu- mente argumentum Au- ctoris in litera secun- dum, & uidente re- sponsonem, & tamē arguente, quasi Au- ctor non responde- rit. Dicimus ergo, ut iam dictum est, quod nec sonniauimus po- tentiam uegetariuam in muliere esse passi- uam, actiua enim est, sed materiae in quam semen uiri agit: sicut etiam in uno & eod- dem homine digesti- ua uirus est actiua materiae, in quam nutri- tiua agit, conuer- tendo in substantiam aliam. Nec accipias proprie, sed exempli gratia dictum in litera in responsione ad secundum, quod po- tentia generatiua in mari & femina sint sicut ars superior & inferior: sunt enim non diuersae, sed eiuudem rationis in se, quous si ad res effectas ab eis referantur, diuersa- rum rationum inueni- untur: secundum diuer- sam ratione actiui & passiuui agendi & pati- endi, ut dictum est. Dic ergo, quod potentia

posset generare, non quidem acti- ue, sed passiuue, sicut alie matres hoc consequuntur ex semine uiri. Ad secundum dicendum, quod potentia generatiua in femina est imperfecta respectu potentiae generatiuae, quae est in mare. Et ideo sicut in artibus, ars inferior disponit materiam, ars autem su- perior inducit formam, ut dicitur in 2. Phy. \* ita etiam uirtus generatiua feminae preparat materiam, uirtus autem actiua maris for- mat materiam preparatam.

AD TERTIUM dicendum, quod ad hoc quod transmutatio sit natu- ralis, non requiritur, quod in mate- ria sit principium actiuum, sed solum passiuum, ut dictum est.

QVAESTIO XXXIII. De modo & ordine conceptionis Christi in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo & ordine conceptionis Christi.

Et circa hoc quatuor. Primo, Virum corpus Christi in primo instanti concep- tionis fuerit formatum.

generatiua feminae est actiua, non generationis, sed materiae pro- xima & propria ipsius generationis & geniti.

Ad secundum dicitur, quod mater diligit filium suum, ut pro- prium opus esse. Actiue, secundum propriam materiam seu pro- prium corpus ipsius filii: est enim ipsa effectiua causa materiae proxima, ut dictum est.

Et ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo quod quia ma- ter est causa effectiua materiae proxima filii, ideo filius assimila- tur matri: sed falluntur arguentes a negata efficientia respectu actus conceptionis seu generationis in utero, ad inferendum negari omnem efficientiam respectu filii.

Ad quartum dicitur, quod nos non dicimus matrem esse ut vas seu locum, &c. ambae enim opiniones sunt extremae, & quod mater concurrat actiue ad generationem, & quod mater fit pure recepti- ue, & passiuue principium filii: media siquidem est peripaterica sententia, matrem esse principium actiuum materiae filij, & passiu- um generationis eiusdem.

Ad obiecta ex Damasceni auctoritate respondetur in litera ad primum, quod ideo generatiua adiunxit Damascenus susceptiuue, quia diuersas condiciones indicant: susceptiuam quidem potentia ad fi- lium Dei referatur, generatiua autem ad uirginitatem matris, vir- go, n. manens uirgo, non potest generare, quia generatio tunc tantum naturaliter fieri potest a femina, quantumcumque facunda, quum concipere potest: concipere autem passiuue non potest sine uirili femi- ne, quod si fit, iam non uirgo conciperet. Quia ergo beata Virgi- ni tributum est, ut manens uirgo posset concipere, ideo ad hoc de- scribendum Dam. addidit generatiuam, potentia enim passiuue generatiua, proculdubio potentia generatiua est multum distans a ratione potentiae susceptiuae uerbi Dei, ut patet.

Super Questionis trigesima tertiae Articulum primum.

Titulus de mensura formationis, quae corpus figuratum in membrorum interiorum & exteriorum forma est, quare, an scilicet mensura durationis ipsius formationis fuerit instans conceptionis, an sicut in alijs hominibus fuerit tempus consequens conceptionem.

In corpore articuli primo distinctio trimembris fit: secundo singula tractantur membra, & sic respondetur quaesito.

Distinctio